

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 196. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732699760/facsimile.pdf> (tilgået 06. maj 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

270 morum, et Lenonum quisquiliis, Umbris phantasticis et
 fanaticis, non sine ingenti Ecclesiae damno, Patriae luctu,
 Bonorum gemitu, et ipsius tandem Regis Israël's extrema
 213 perniciæ et calamitate.

Thesis XI.

Sunt vel alia Idola Stercorca, meram vanitatem ac futi-
 216 litatem spirantia, nimirum: Imprudentia, Juris Patriae Igno-
 rantia, Tædium jus dicendi, Indulgentia puniendi scele-
 stos, nausea et Negligentia audiendi afflictorum Supplica-
 219 tiones, Obedientia nimia exoticis gnathonibus præstita.

Thesis XII.

Idolis hisce temporaneis alligatum est aliud horrendum,
 222 Tyrannidi proximè affine; Injuria dictum, cum Principes
 Palponum incitamentis decepti, formam antiqui Regininis
 mutant, et convocatos Regni Ordines intra clausas portas
 225 morte, gladio, bonorum Confiscatione, cogunt, adigunt, et
 compellunt, ut Jure suo avito cedant, atque antiquis Nobili-
 tatis privilegiis, immunitatibus, ac libertatibus abscedant
 228 et renuntient. Quibus rebus efficitur, ut Proceres Regni,
 demptâ sibi per violentiam Libertate vetustâ, Regi Israël's,
 interpositis etiam mille Juramentis, in posterum nec bene
 231 velint, nec candidè et sincerè cupiant.

Thesis XIII.

Collitur et aliud immane Injuriae Idolum, Immiseri-
 234 cordia dictum (Plageric) Esai: III v. 5, cum usufructuarii
 alicujus Prædij tot Tributa, Census, Vectigalia exigentibus
 Præfectis solverint, ut bonis omnibus exuti, et ad mise-
 237 randam fortunam adacti panem mendicando quærere co-
 gantur, et quamvis Fundus sit devastatus, integra tamen
 Tributa et vectigalia Jeroboamî pendere tenetur ipse Fundi
 240 Dominus sub poena executionis; Qua Tyrannide immanior